UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Sermones prestantissimi viri Ro||berti de Litio: ordinis Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis Aquinatis

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.cccccxiij. vi. no.Maij.**

Feria. vj. de annunciatione d[omi]ni n[ost]ri iesu christi: facta per angelu[m] gloriose virgini marie: de stupendis mysterijs huius annunciationis: [et] preconijs dignissimis virginis benedicte. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-70607

Visual Library

mis vn̄ formaẗ. Quarto requiriẗ materie specifice assimilatio. Nā si genitū nō assimiletur generāti in natura specifica generās nō dr̄ pater nec genitū dr̄ filius. Sicut capillus q̄ ab hoīe generaẗ nō dr̄ filius. Cū ergo he quattuor conditiones fuerint in btā v̄gine: pʒ ꝙ fuit vera mater xp̄i. Primo nāqʒ genuit xp̄m viuuʒ. Vn̄ Damascen⁹ li.iij. Fili⁹ dei ꝯxit ex castissimis ꝛ purissimis sanguinib⁹ virginis marie carnē aīatā aīa rōnali. Scd̄o beata v̄go xp̄o de sua substantia p̄buit. Nā vt dicit sctūs Tho.in.iij.di.iiij. beata v̄go in generatiōe xp̄i cōtulit q̄cquid alia mater cōferre dʒ ad gn̄ationeʒ filij. Si ergo alie mulieres vere dicūtur matres ꝛ beata v̄go v̄o poterit dici mater. ❡ Tertio btā v̄go nō solū materiā prebuit ad conceptionē xp̄i: sed materiā sic p̄paratā. Quarto produxit sibi simile in specie suū. s. speciosissimū filiū. ❡ Tertio p̄baẗ ꝙ btā v̄go fuerit vera mater xp̄i inuocatione. Nā ecclia sctā dicit ip̄aʒ reginā mīe esse matrē xp̄i cū eā inuocat: vt ibi: Aue maris stella dei mater alma. et Alma redēptoris mater. Et profecto est valde gratissimuʒ hoc v̄bū mater v̄gini gl̄iose cuʒ sibi dr̄: qr in hoc exprimiẗ oīs sua p̄fectio: laus ꝛ gl̄ia. Hinc est ꝙ Eccl̄i xxiiij. de seipsa dicit: Ego mater: scʒ singulari mō: mater virgo: mater intacta: mater inuiolata: mr̄ pulchre dilectiōis timoris: magnitudinis ꝛ sctē spei. In me gr̄a oīs vie ꝛ veritatis. In me oīs spes vite ꝛ virtutis. Trāsite ad me oēs q̄ cōcupiscitis me: ꝛ a generationibus meis implemini. Spūs eīm meus super mel dulcis: ꝛ hereditas mea sup mel et fauū. O q̄ʒ dulce vocabulū ad dicēdum mr̄ xp̄i: o q̄ fructuosum ꝓ oībus ad allegādū. Iō ī aduersitatibus: ꝛ angustijs: in periculis: ꝛ oī tribulatione ad virginē tā decorā recurramus: q̄ h̄re meruit in vtero suo regē celoꝝ ꝛ dn̄m: a quo vt a filio impetrat nobis grām quā nobis cōcedat ipse iesus xp̄s pijssimus: qui est b̄ndictus ꝛ laudabilis per infinita scl̄a seculorum. Amen.

❡ Feria sexta post primā dn̄icam aduētus de annūciatione dn̄i nostri iesu xp̄i facta per angelū gloriose virgini Marie: de stupēdis mysterijs huius annunciationis ꝛ preconijs dignissimis virginis b̄ndicte. Sermo.vj.

❡ Jesus annūciatus. Fructus.vj.

NOx p̄cessit dies aūt appropinquauit. Iterū vbi.s. Sacramētum ineffabile incarnationis filij dei ita solēniter celebratum est: vt oēs angelici chori conuertentur ad leticiaʒ ꝛ exultationē: eo scilʒ tempore quo per sanctam trinitatem facto consilio angelicus nuncius est deputatus: vt mitteretur ad virginē ad annunciandum sibi desponsationeʒ eterni regis ex qua seq̄ debebat pax humani generis: ꝛ salus totius mundi. Et q̄m tale mysteriū est satis efficacissimū corda dura mollire ac liquefacere ī amorem dilecti iesu: iccirco ī presenti sermone de ipsius annūciatione dicemus sub vno fructu qui est iesus annunciatus. Pro cuius declaratione tres conclusiones erunt notande.

Prima cōclusio dr̄ cōgruitatis.
Scd̄a cōclusio dr̄ qualitatis.
Tertia ꝯclusio dr̄ virtuositatis.

❡ Qr angelus debuit annunciare virgini conceptioneʒ filij dei: vt ex hoc seruaretur ordo ex parte dei ꝛ cōformitas reparationis cuʒ lapsu: ꝛ virgo purissima ardentius se disponeret ad xp̄m suo vtero recipiendum. Cap.j.

PRima ꝯclusio dr̄ ꝯgruitatis In qua videbimus qualiter angelus ꝯgruenter ad virginem missus est ad annunciādū dei filij cōceptū triplici rōne.

Prima rō sumiẗ ex parte dei.
Scd̄a rō ex parte angeli.
Tertia rō ex parte virginis.

❡ Prima rō sumiẗ ex parte dei: vt seruareẗ ordo quē ip̄e statuit: ꝙ mediātibus angelis diuina hoībus nūcienẗ. Et hec

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

est regula Diony. lib. de angeli. hierar.
vbi ait: Dñicũ benignitatis mysterium
ãgeli prio edocti sunt: postea p ipos ad
nos cognitiõis grã trãsiuit. Si aũt obij
cereꝫ ꝙ btã virgo supior erat angelis:
ergo nõ debebat sibi tale mysterium ab
angelo reuelari: qꝛ vt dicit Diony. supre
mis angelis fit reuelatio immediate a
deo. Ad hoc rñdere possumus ẜm Tho.
in. iij. parte. q. xxx. arti. ij. ad. j. ar. ꝙ btã
virgo superior erat angelis quãtũ ad di
gnitatẽ ad quã diuinitus eligebaꝫ: sed
quãtũ ad statũ pñtis vite erat inferior:
qꝛ ⁊ ipse xp̄s rõne passibilis vite modi-
co ab angelis minoratus est. vt diciꝫ ad
Heb. ij. c. ⁊ notaꝫ in. j. sen. di. xvj. Verũ-
tñ qꝛ xp̄s fuit simul viator ⁊ cõprehẽsor
quãtũ ad cognitionẽ diuinorũ: nõ indi-
gebat ab angelis istrui. Sed mr̄ dei nõ
erat in statu comprehẽsorũ: iõ de diuino
cõceptu p angelos instruẽda erat. Et si
adhuc obijciatur ꝙ btã vgo ex lumie fi
dei cognoscebat dei filiũ incarnãdũ: qꝛ
tãta copia grẽ inhabitabat in aĩa eius:
ergo videꝫ ꝙ nõ debebat instrui de eo
qd iã sciebat. Ego dico ꝙ lꝫ fidẽ de me-
diatore habuerit añ annunciationẽ: tñ
ex humilitate cordis sui nũꝙ cognouit
seipsam fore in matrẽ eligẽdã tãti filij.
Et ex hoc angelus debuit sibi annũcia-
re ꝙ filius dei erat in suo vtero ventu-
rus: ⁊ suscepturus carneꝫ ex purissimis
sanguinibus suis p operationem spiri
tussctĩ: qd ⁊ fecit: sicut pꝫ Luc. j. Scd̃a
rõ sumiꝫ ex parte angeli. vt. s. seruareꝫ
ordo in reparatiõe q̃ seruatus fuerat in
lapsu. Cecidit nãꝙ homo angelo malo
Euã tentante: releuari aũt debebat an
gelo bono marie nũciãte. Et hoc inquit
Beda in homeꝫ. Aptũ humane restaura
tionis principiũ: vt angelus a deo mit-
tereꝫ ad virginẽ partu cõsecrandã diui
no: qꝛ prima pditiõis humane causa fu
it cũ serpẽs a diabolo mittebaꝫ ad mu-
lierẽ supbie spũ decipiendã. ¶ Tertia rõ
sumiꝫ ex parte virginis. Et primo vt ex
tali nũcio mẽs eius eleuareꝫ in deuꝫ: vt
sic ardẽti charitate flãmesceret; vt prius

xp̄m cõciperet p amorẽ mẽte ꝙ corpore
Nã vt Aug. li. de virginitate ait: Ma-
terna ppinquitas nihil marie pfuisset
nisi felici⁹ xp̄m corde ꝙ carne gestasset.
Scd̃o vt eius puritas ostendereꝫ. Vnde
Hiero. ad Pau. ⁊ Eusto. Bene angelus
ad virgineꝫ mittiꝫ: qꝛ est semp angelis
cognata virginitas. Tertio vt esset certi
or testis huius sacramẽti qñ sup hoc di
uinitus esset istructa. Sic itaꝙ ordina
tum fuit vt angelus ad virginẽ mittere
tur. Quis excogitare posset: quãta tunc
fuerit leticia in celesti hierarchia: quan
tum gaudiũ: quãta exultatio: cũ ordina
baꝫ legatio tã solẽnis ⁊ grata fiẽda per
angelũ. Fluxerunt tot annorũ milia qb⁹
nõ soluꝫ hoies: sed etiã ipsi angeli expe-
ctauerãt videre diẽ illũ. O benignitas:
o pietas ⁊ magna dulcedo summi dei:
ecce apta est vena misericordie tue. An-
gel⁹ vocaꝫ a tota trinitate ⁊ ambasiata
sibi imponiꝫ. Vade inq̃t pr̄ vade ad vir
ginem illã Mariã ⁊ dic ei: qꝛ illã in meã
spõsam vnicã eligo: ipsam diligo super
oẽs creaturas: ipsius amore vulneratũ
est cor meuꝫ. Vade ait filius: ⁊ dic ei: qꝛ
ego ipsam in matrem eligo: ⁊ passibilẽ
carnẽ de ipã suscipiã eroꝙ ei amorosus
filius: ipsaꝙ dulcissima mea mr̄. Spũs
sanctus subiunxit. Vade ⁊ dic ei: qꝛ ego
secũ ero: ⁊ operatione mea virgo ꝯcipi-
et: virgo parturiet: ⁊ virgo in eternum
manebit. O quãta fuere tũc cantica. O
quot laudes: quodve tripudia in regno
celorũ. Multa põt humana mẽs de ip-
sis pie cõtẽplari: q̃ nos breuitatis causa
dimittimus. Diximus tñ ista vt intelli-
geremus ꝙ cõgruum fuerit ꝙ angelus
xp̄m incarnãdũ virgini annũciaret.

¶ Qꝛ Angelus annuncians virgini ꝯce-
ptum filij fuit de ordine archangeloruꝫ
Gabriel vocatus qui virgini apparuit
visione corporali. Cap. ij.

SEcunda cõclusio d᷑ qualita
tis. In qua videre debem⁹
qualitatẽ angeli nũciantis:
etsi nõ in oĩbus saltẽ quan-
tum ad tria; videlꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Primo quantū ad ordinē.
Scđo quātū ad nomen.
Tertio quantū ad apparitionē.

¶ Primo inquā cōsideremus cuius con
ditiōis fuerit angelus q̄ nūciauit incar
nationē xpi. Et colligit ex dictis sancti
Tho.iij.di.iij.lib.q.iij.ar.ij.q.ij. ꝛ in.iij.
parte sum.q.iij.ar.ij.ad.iiij.ar. ille ange
lus fuit de medio ordine infime hierar-
chie q̄ est ordo archāgeloꝝ. Qđ conueni
ens videt esse ꝛ verū: vt saluaret̃ ꝓprie
tas ordinū: q2 ad angelos ꝑtinet dirige
re actus alicuius hoīs q̄ ad ipsuꝫ tm̄ ꝑ-
tinet: vñ dicunt mysteria nunciare. Ad
archāgelos vero ꝑtinet dirigere actus ho
minis q̄ in totā multitudinē redūdant.
vñ ꝛ medij.s. archāgeli dicunt quasi p̄n
cipes angeli. Q2 ergo ꝯsensus btē vgi-
nis q̄ ꝑ angelū reqrebat erat actus sin-
gularis ꝑsone redūdās in vtilitatē mul
titudinis: immo totius humani gene-
ris: iō angelus ille debuit esse de ordine
archangeloruꝫ. Et credibile est ꝙ fuerit
summus ī illo ordine. Aliq̄ vero alij dicūt
illū fuisse de summo ordine supme hie-
rarchie: q2 ꝓprietas illoꝝ est in dei amo
re ardere. Et q2 in incarnatione succen-
dēda erit amoris flāma in tota ecclīa et
singulariter in aīa virginis: iō angelus
ille debebat eē de ordine seraphin. Nec
ꝓpter hoc ꝑuertit ordo: q2 sicut singu-
lare erat opus incarnationis cōplēdum
in virgine: nullo mō possibile ſm ordi-
nem create nature: ita singularis debe-
bat esse nūcius ille q̄ mittebat ad talia
nūciādū. Quicq̄d aūt sit satis est nobis
ꝙ de summis celoꝝ angelus missus est
siue fuerit de scđo: siue de supmo ordine
prime celestis hierarchie. ¶ Scđo consi
deremus cuius cōditionis fuerit ange-
lus quātū ad nomen: q2 vocat Gabriel:
qđ suo officio cōgruit. Naꝫ ſm Grego.
Gabriel fortitudo dei interpretat. Ad
ostendēdū ꝙ incarnationis mysterium
esset ꝑ dei fortitudinē nunciādū. Et sīlr
ad ostēdēdū ꝙ dñs virtutum veniebat
ad debellādū aereas ꝑtātes. Ita ꝙ Ga-
briel annūciauit virgini: ꝙ fortis deus
veniebat ad fortē mulierem. De qua dr
Prouer.vl. Mulierē fortē q̄s inueniet.
¶ Tertio cōsideremus in angelo nūciā-
te cuius cōditionis fuerit quantū ad vi
sionē ꝛ apparitionē. Et ad hō dicit Chry
so. sup Mat. ꝙ angelus apparuit virgi
ni visione corporali: qđ conueniens fuit
triplici ratione.

Primo rōne similitudinis.
Scđo rōne celsitudinis.
Tertio rōne certitudinis.

¶ Prima rō fuit sīlitudinis: q2 illud qđ
annūciabat erat incarnatio inuisibilis
dei. Vñ cōueniēs fuit vt ad hmōi rei de
clarationē inuisibilis creatura formam
assumeret in qua visibiliter appareret.
¶ Scđa rō dr celsitudinis. Cōueniebat
eñ mr̄i dei q̄ nō solū in mēte: sed etiā in
corporeo vētre erat filiuꝫ dei receptura
vt angelū corporaliter videret. ¶ Sed
si aliq̄s obijceret ꝙ magis faceret ad di
gnitatē virginis: si angelus apparuis-
set ei visiōe intellectuali: q2 vt Aug. di.
xij. sup Geñ. ad lr̄am: dignior est intelle-
ctualis visio q̄ꝫ corporalis: q2 visione in
tellectuali videt in sui substātia: visione
vero corporali videt in assumpta figura:
ergo dignius fuisset apparere visiōe in
tellectuali. Respōdere possumus ꝙ in-
tellectualis visio est potior q̄ꝫ sit imagi-
naria vel corporalis si sit sola. Sed ipse
Aug. dicit ꝙ excellentior est ꝓphetia q̄
hꝫ intellectualē ꝛ imaginariā visioneꝫ:
q̄ꝫ illa q̄ hꝫ alterā tm̄. Jō btā virgo non
solū ꝑcepit visionē corporaleꝫ in angeli
apparitiōe: sed etiā intellectualē illumi
nationē. Vñ apparitio nobilior fuit. Fu
isset tñ nobilior si ipm̄ angelum intelle
ctuali visione in ꝓpria specie vidisset si
ue in sui subā. Sed hoc nō patit status
viatoris vt angelum ꝑ essentiā videat.
¶ Tertia rō q̄re angelus appuit corpali
visione dr certitudīs. Ea eñ q̄ sunt ocu
lis subiecta certius cōprehēdim9 q̄ꝫ ea
q̄ imaginamur. Propter hec oīa Augu.
in quodā ser. virginē introducēs loquē
tē ait: Venit ad me q̄dā magnus para-
nymphus xpi: nō ꝑriarcha primus: aut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝓpheta egregius: sed Gabriel archãge-
lus facie rutilãs: veste coruscans: gressu
mirabilis: ⁊ aspectu terribilis: q̃ visita-
uit ⁊ ꝑturbauit me. Hec ille. Felix illa
apparitio ⁊ iocũda nimis in qua nũcia
baẽ ab angelo nouuz letissimũ: nouum
gratissimũ: nouũ ꝓpinquissimũ: de sa-
lute humani gñis. Quid audisti o puel
la formosa? O mulier sctã: o virgo ꝟtuo
sa. Quid audisti: q̃d angelus tibi retu-
lit? Certe nulla vnq̃ creatura fuit q̃ ha
buerit talẽ reuelationẽ: qualẽ tu habui
sti. Tibi dicitur: Aue: idest sine vhe. Tibi
dicitur plena grã. Tibi bñdictio datur:
in mulieribus. Tibi ꝑnũciat angelus ex
tuo vtero in mũdũ dei filiũ egressuruz.
O btã femina longũ esset narrare cũcta
q̃ angelus dixit: Que virgo respõdit il-
la de q̃bus plene suo loco dicem⁹. Nunc
aũt veniamus ad q̃d erat videndũ in ter
tia cõclusione ꝑposita.

¶ Qz gloriosa virgo etsi non merito cõ-
digni: tamẽ merito congrui ⁊ digni me
ruit esse mater filij dei. Capitulum. iij.

Ertia ꝯclusio ẽ virtuosita-
tis. In qua contẽplari libet
si ex virtutibus meruit vir-
go cõcipe xp̃m. Et ne ꝑ mul
ta vagemur dicim⁹ ad hoc
ßm doctrinã dñi Boñ. in. iij. di. iiij. ar. ij.
q. ij. q̃ triplex est meritum.

Primũ ẽ cõdigni.
Scd̃m ẽ cõgrui.
Tertiũ ẽ digni.

¶ Primũ est meritũ cõdigni: quo q̃s ex
tãta charitate mereẽ tãtã gloriã. Et hoc
merito virgo nõ potuit mereri cõcipere
filiũ dei: ꝓ eo q̃ hoc excedit oẽ meritũ.
Et q: erat ipsius meriti gl̃iose virginis
fundamẽtũ. Siue em̃ dicamus deũ fie
ri hoiem: siue dicamus mulierẽ fieri ma
trem dei vtrũq3 est supra statũ q̃ debeẽ
creature. Et iõ tã hoc q̃ illud fuit beni-
gnitatis ⁊ gratie. ¶ Scd̃m est meritum
cõgrui: quo pctõr ẽ: gratiaz sibi mereri
cũ ad grãz se disponit. Et btã virgo me
ruit añ incarnationẽ cõcipere filiũ dei:
q̃m pre nimia sua puritate: benignitate
⁊ humilitate idonea erat vt efficeretur
mr̃ dei. ¶ Tertiũ est merituz digni: quo
sc3 vir iustus orat ꝓ alio vt mereaẽ ex-
audiri. Et hoc merito meruit btã virgo
cõcipere xp̃m post annũciationẽ: q: spi
ritussctũs in eã copiosissime descẽdit nõ
indispositã. Si em̃ bñ ꝯsiderem⁹ q̃d cõ-
tineaẽ in verbis illis q̃ virgo sacratissi-
ma cõcludẽdo angelo dixit: ecce ancilla
dñi: certe eã dignã iudicabim⁹ ꝯceptio-
ne filij dei. Nã cũ dixit: Ecce prõptitudi
nẽ obediẽtie ostẽdit q̃ tãta fuit q̃ nũq3
deo gratior acceptiorq3 in aliqua alia
creatura siue hoie siue angelo inueniri
poterit. Cũ subiunxit ancilla dñi: ꝓfun
dũ humilitatis sue ostẽdit siue manife-
stauit. Non em̃ potuit ea q̃ eligebaẽ vt
esset mr̃ dei efficacius sibiipsi vilescere:
deũq3 magnificare: q̃3 se ancillã dñi nũ
cupãdo. Cũ dixit: Fiat mihi: fidẽ suã de
clarauit. Cui⁹ lumine adeo fuit illustra
ta: vt nihil de xp̃o incarnãdo sentiret di
minutũ. Cũ tãdẽ dixit: ßm verbũ tuum:
charitatẽ suam aperuit: qua ad deũ dili
gẽdũ ita cũ illo ardẽter ꝯiuncta fuit: vt
creatura non sufficiat illud cogitare.
Nũq3 in hac vita inuẽtus est nec inue-
nieẽ q̃ tãto feruore amoris cor suũ dede
rit deo: quãtũ tribuit tũc ipsa virgo btã
Nullus etem̃ eoꝝ q̃ dilexerunt deũ fuit
in eo excessu dilectionis in quo ipsa fer-
uebat: adeo q̃ illis verbis ꝓlatis meri-
to digni meruit esse mr̃ dei. O armariũ
diuine grẽ: o armariũ diuine misericor-
die: o fons pietatis: o fons castitatis: o
puteus humilitatis: o plenitudo prudẽ
tie: o plenitudo grẽ q̃ tm̃ meruisti. Pro
pter q̃ impetra nobis grãm filij tui: vt
valeamus illius amore recolere q̃d ipse
ꝓ nobis dignatus est facere: q̃ est bñdi
ctus ⁊ laudabilis per infinita secula se
culorum. Amen.

¶ Sabbato post primã dñicã aduẽtus
de mirabili ꝯceptione filij dei iesu xp̃i:
⁊ qualiter virgo gl̃iosa ip̃m concepit in
vtero suo verũ deũ ⁊ veruz hoiem: ⁊ de
his que occurrunt circa hanc conceptio
nem consideranda. Sermo. vij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN